

illos nisi eadem unitatis caritas
adiuuat. Ut quod in sacramento
tractando latebat humanam infir-
mitatem. diuinam misericordiam non
reputaret amantibus pacem. Cur
ergo cum uestros rebaptizatos ti-
metis. & illis & uobis salutis aditus
inuidetis; fuit aliquando de bap-
tismo dubitatio. qui diuersa sense-
runt. In unitatemanserunt. Ea
dubitatio praecedente tempore
perspecta ueritate sublata est, questio.
Qua nondum finita cyprianum
non deterruit ut recederet. uos fi-
nita ut recedatis inuitat. Venite
ad catholicam concordantem. qua
cyprianus non deseruit fluctuan-
tem. Aut si uobis exemplum cypri-
ani iam displicet. qui communi-
cauit eis qui cum baptismo hereti-
corum recipiebantur. aperite dicens.
Neminem iudicantes. Aut alius
communiois aliquem si diuersum
senserit amouentes. Quo istis mi-
seri. quid agatis. & uos ipsos fugite.
quia inde processistis ubi ille permansit.

Si uero ei propter abundantiam
caritatis. & amorem fraternitatis.
& uinculum pacis. Haec sua peccata
ne aliena obesse potuerunt. Huc
redite ubi & nobis & uobis multo
minus oberunt quae uestri finxerunt.
EXPLICIT LIBER
SECUNDUS.

INCIPIT LIBER
TERTIUS
ARBITRORIAM
MANIFESTUM ESSE
omnibus posse auctori-
tatem beati cypriani ad ser-
uandum uinculum pacis. Nullo
modo uiolandam unitatis ecclē-
siae saluberrimam caritatem
magis pro nobis quam pro domi-
natis esse proponendam. Si enim
cypriani exemplo uti uoluerint
ad rebaptizandos catholicos. quia
ille censuit in catholica baptizan-
dos hereticos. nos potius exemplo
eius utimur. quo aperissime sta-